PALATINATUS Kiiowiensis. Magnifico Ianusio Tyskiewic confertur

Sigismundus III. etc. Scamus etc. Nihil esse quod Regalis solij Mtem ita reddat Augustam, ac Venerabilem, nihil quod supra humanae sortis, fastigium tollat, quam praemiorum ex aequitate largitio, virtutis censura, meritorum aestimatio. Nam cum ijs omnibus, qui Principatus potestate continentur, meriti duntaxat erga patriam, erga Principes studij, ac venerationis gloria relicta sit, Regibus vero, sive munere Divinum, sive sorte nascendi, sive liberis populorum suffragijs, talium rerum delatum sit arbitrium, factum est, ut ij, qui regnarent praeclarissimi, atque pulcherrimi operis authores effecti, non solum exinde maximam, honestissimamque capiant voluptatem, verum etiam publicae felicitatis authores, atque parentes habeantur. Quod quidem, tum consequuntur, vel maxime, cum laborum praemijs, laudum insignibus, munimentis honorum, clementia, liberalitate Regia, denique mum uberrimo proventu virtutum, virorum fortium copia, bonarum, et ad magna natarum mentium contentione, Remp. augent et conservant. Quod quia bene ac laudabiliter legibus et institutisque veterum, in hoc quoque felicissimo, auspicatissimoque Regni nostri Principatu, divorum maiorum nrorum exemplis, longo usu, publicae felicitatis experimento, nobis convenire cernimus, hoc unice curavimus semper, ut et nascentem virtutem Clemen Regia exciperemus, crescentem foveremus, adultam honorum atque gloriae praemijs coleremus, et veluti

PALATINATVS Kiiowiensis. Magnifico Ianusio Tyskiewic confertur

Sigismundus III etc. Scamus etc. Nihil esse quod Regalis Solij Maiestatem ita reddat Augustam, ac Venerabilem, nihil quod supra humanæ sortis, fastigium tollat, quam præmiorum ex æquitate largitio, virtutis censura, meritorum æstimatio. Nam cum ijs omnibus qui Principatus potestate continentur, meriti duntaxat erga patriam, erga Principes studij, ac venerationis gloria relicta sit, Regibus vero, siue munere Diuinum, siue sorte nascendi, siue liberis popolorum suffragijs, talium rerum delatum sit arbitrium, factum est, vt ij, qui regnarent præclarissimi, atque pulcherrimi operis authores effecti, non solum exinde maximam, honestissimamque capiant voluptatem, verum etiam publicæ fælicitatis authores, atque parentes habeantur. Quod quidem, tum consequuntur, vel maxime, cum laborum præmijs, laudum insignibus, munimentis honorum, clementia, liberalitate Regia, demum vberrimo prouentu virtutum, virorum fortium copia, bonarum, et ad magna natarum mentium contentione, Remp. augent et conseruant. Quod quia bene ac laudabiliter legibus et institutisque veterum, in hoc quoque felicissimo, auspicatissimoque Regni nostri Principatu, diuorum maiorum nostrorum exemplis, longo vsu, publicæ felicitatis experimento, nobis conuenire cernimus, hoc vnice curauimus semper, vt et nascentem virtutem Clementia Regia exciperemus, crescentem foueremus, adultam honorum atque gloriæ præmijs coleremus, et veluti

ex umbra quadam, minoribusq subsellijs, in Senatum, idest in solem, et
apricum produceam, pulcherrima specie atq venustate spectari,
proponeremus, aliosq ips. pulchritudine ad sui amorem accenderemus,
Damus iam etiam huius rei documentum, cum pro ingentibus meritis
pro eximia magnaq Mag.co Janusio Tijszkiewicz, tales, qua-
les haberi possunt maximi honores, decernimus, eumq in amplis-
simi Senatus Collegium cooptatum, Palatinatus Kiovien.
praerogativa exornaremus. Js, siquidem, in ea domo natus, qua
ab omni memoria consentientis et perpetuae gl.ae haereditate fuit
conspicua, simul ac vire et rerum usu valere coepit, eo omne
industriam atq studium convertit, ut virilis et laboriosae
virtutis cultura, Maiores suos referret, generisq Nobilitatem
tanto illustriorem redderet, quanto accuratius secum ex-
penderet, a sequoq siquid ex avita gloria maiorum accepis-
set, in communis domus, atq familiae decora, referri oportere.
Itaq cum plures maiorum suorum, in virtutis sinu, quam ma-
terno educatos, circumspiceret, eorumq laudibus ac trophae-
is accenderetur, campum exercendae virtutis nactus, (quod
in ea parte Imperij nri Maiores sui domicilium haberent,
in qua, felicitate quadam huius Reipub. fortissimi viri nasce-
rentur, nullasq in ipso barbariei confinio, virtuti agnosce-
rent ferias) nihilominus intermittere voluit, quo non et avi-
tam indolem contestaretur, et fortissimi viri, ac Reiq. gl.ae
amantis Civis omniq ex parte laudibus commularetur.
Proinde nulla Turcarum, nulla Scytarum, nulla ips. Barba-
riei Regnis nris imminebat calamitas, quam non solum a-
vertere conaretur, sed etiam pro salute patriae, pro securitate,

ex umbra quadam, minoribusq subsellijs, in Senatum, idest in Solem, et
apricum productam, pulcherrima specie atq venustate spectan[dam],
proponeremus, aliosq ipsa pulchritudine ad sui amorem accenderemus,
damus iam etiam huius rei documentum, cum pro ingentibus meritis
pro eximia magnaq Mag.co Janusio Tyszkiewicz, tales, qua-
les haberi possunt maximi honores, decernimus, eumq in amplis-
simi Senatus Collegium cooptatum, Palatinatus Kijowien.
praerogatiua exornaremus. Is, siquidem, in ea domo natus, quae
ab omni memoria consequentis et perpetuae gloriae haereditate fuit
conspicua, simul ac ratione et rerum usu valere coepit, eo omnem
industriam atq studium conuertit, ut virilis et laboriosae
virtutis cultura, Maiores suos referret, generisq Nobilitatem
tanto Illustriorem redderet, quanto accuratius secum ex-
penderet, a seq[u]oq, siquid ex auita gloria maiorum accepis-
set, in communis domus, atq familiae decora, referri oportere.
Itaque cum plures maiorum suorum, in virtutis sinu, quam ma-
terno educatos, circumspiceret, eorumq laudibus ac trophae-
is accenderetur, campum exercendae virtutis nactus, quod
in ea parte Imperij nostri Maiores sui domicilium haberent,
in qua, felicitate quadam huius Reipub. fortissimi viri nasce-
rentur, nullasq in ipso barbariei confinio, virtuti agnosce-
ret ferias) nihilominus intermittere voluit, quo non et aui-
tam indolem contestaretur, et fortissimi viri, ac gloriae
amantis Ciuis omniq ex parte laudibus cumularetur.
Proinde nulla Turcarum, nulla Scytarum, nulla ipsorum barba-
rorum Regnis nostris imminebat calamitas, quam non solum a-
uertere conaretur, sed etiam pro salute patriae, pro securitate

publica, pro Ciuium fortunis res omnes, ac vitam demq ipsam,
non exponeret, idq tam prudti, tam constanti animo, vt vbiq seipso
maior videretur, et nusquam alterutrius fortunæ telis pateret,
nusquam esset peruius. Quod satis superq testatus ē, illo lugubri
ac luctuoso tempore cum æternum vulnus, fatorum inclementia,
Suæ imperio inflixisset, cum aduerso prælio Ducis, gloriosæ mor-
ti, Exercitus vniuersi, cladi præstantissimorū ac fortissimorū
seruituti, Respub. ingemisceret; ille vō etiam eam communem
sortem fortissimorum virorum passus, et hostili seruitute pressus
non ad ignauos questus, atq luctum se abiecit, sed erecto ex-
celsoq animo fortunæ, temeritate contempta, quicquid futurum
esset, securus sui expectabat, et siquando publica fœlicitas ipsi
patriam, patriæ virtutem suam restituisset, id potissimū volue-
bat animo, quemadmodū hostibus pariaquoq ita referret, vt siquā
ex nrā calamitate hostis voluptatem accepisset, eandē admitteret,
si sanguine ac internecione eiusdē Reipub. et magnis manibus, qui
pro patria mortem oppetijssent, parentaretur. Itaq seruitutis,
atq Ergastuli immemor, palam fecit exemplo suorum maiorū, virtutem
quò magis premeretur tanto maiori conatu assurgere, nullaq se deprimi
atq deijci posse. Vbi igr postliminio, patriæ restitutus est, im-
memor periculorum, quæ viros fortes manent, immemor seruitu-
tis, iterum animum virilem, quem miseria deposuerat, excitauit
et hostium technas, atq consilia diligenti, et prudenti indagi-
ne explorans, et conatus, viribus magnisq militarium virorum
cohortibus, sui fiducia, liberalitate, et exemplo conuocatis, toties,
quoties res exigeret, ad Exercitus nros contendit, et diuersis tem-
poribus, con Tartarorum Regulos, Derlegerium, Cantimirum,

publica, pro Civium fortunis res omnes, ac vitam denique ipsam,
non exponeret, idque tam prudenti, tam constanti animo, ut ubique seipso
maior videretur, et nusquam alterutrius fortunae telis pateret,
nusquam esset pervius, Quod satis superque testatus est, illo lugubri
ac luctuoso tempore cum aeternum vulnus, fatorum inclementia,
Suae imperio inflixisset, cum adverso praelio Ducis, gloriosae mor-
ti, Exercitus universi, cladi praestantissimorum ac fortissimorum
servituti, Respub. ingemisceret; ille vero etiam eam communem
sortem fortissimorum virorum passus et hostili servitute pressus
non ad ignavos questus, atque luctum se abiecit, sed erecto ex-
celsoque animo fortunae temeritate contempta, quicquid futurum
esset, securus sui expectabat et siquando publica felicitas ipsi
patriam, patriae virtutem suam restituisset, id potissimum volve-
bat animo, quemadmodum hostibus paria quoque ita referret, ut siquam
ex nostra calamitate hostis voluptatem accepisset, eandem admitteret,
si sanguine ac internecione eiusdem Reipub. et magnis manibus, qui
pro patria mortem oppetiissent, parentaretur. Itaque servitutis,
atque Ergastuli immemor, palam fecit exemplo suorum maiorum, virtutem
quo magis premeretur, tanto maiori conatu assurgere, nullaque re deprimi
atque deiici posse. Ubi igitur postliminio, Patriae restitutus est, im-
memor periculorum, quae viros fortes manent, immemor servitu-
tis, iterum animum virilem, quem miseria deposuerat, excitavit
et hostium technas, atque consilia diligenti, et prudenti indagi-
ne explorans, et conatus, viribus magnisque militarium virorum
cohortibus, sui fiducia, liberalitate, et exemplo convocatis, toties,
quoties res exigeret, ad Exercitus nostros contendit, et diversis tem-
poribus, contra Tartarorum Regulos Devlegerium, Cantimirum,

Isaac, Murzam, felicissime nris auspicijs, sub signis nris mili
taverit. Nec minorem vrbana quoq virtutes grãm, quam militares
apud nos merentur, siquid in omni actione præscripto viri boni magno lo
co nati Civis, nostriq studiosi vivens, et militaribus studijs, et do
mestico splendore, et seria quietis ac modestiæ cultura, bo
nis gratus, rerum novarum studiosus, formidolosus nram grãm
et benevolentiam adeptus est. Quam nos contestari volentes vt
supra meminimus. Cum Palatinus Kijoviensis, morte Magnifici
olim Stephani Chmielecki, eund Magcum Janusium de Lochmi
lo Tyszkiewicz, Capneum Zytomiriensem, substituendum
esse duximus, substituimusq hoc pnti Diplomate nro. Eundemq
Palatinum Kijovien, cum omni autte prærogativa, obven
tionibus, ac proventibus vniversis renunciamus. Quod ad
noticiam oium quorũ interest, præsertim vo Dignitarioru, Offi
cialium ac Vniversæ Nobilitatis, Palatinatus Kijovien
deducent, mdus vt præfatum Magcum Janusium Tyszkie
wicz, pro vero et legitimo Palatino Kijovien habeant, et agno
scant, Iurisdictioni eius pareant, eiq debito, iuribus, præro
gativis et obventionibus vniversis, ad hac Palatinatus Kijo
vien Dignitatem, ex antiquo spectan, ad extrema vitæ ips tempo
ra vndeant, et ab alijs quorum interest responderi curent. Pro
gra nra. quibus nris. zc. In cuius rei fid. Datum Tikocini
die XIII. Mensis January. Anno quo sup

Sigismundus Rex.

Petrus Zerony

Aksach, Murzam, felicissime nris auspicijs, sub signis nris militauit. Nec minorem vrbanas quoq virtutes grām, quam militares apud nos merentur, si quid in omni actione excepto viri boni, magno loco nati Ciuis, nostriq studiosi viuens, et militaribus studijs, et domestico splendore, et seria quietis ac modestiae cultura, bonis gratus, rerum nouarum studiosus, formidolosus nram grām et beneuolentiam adeptus est. Quam nos contestari volentes vt supramemini mus. Cum Palatinus Kiouiensis, morte Magnifici olim Stephani Chmielecki, eund Magcum Janusium de Lochmiszko Tyszkiewicz, Capneum Zytomiriensem, substituendum esse duximus, substituimusq hoc prnti Diplomate nro. Eundēq Palatinum Kiouien, cum omni aucthe prerogatiua, obuentionibus, ac prouentibus vniuersis renunciamus. Quod ad noticiam oium quorū interest, praesertim vo Dignitariorū, Officialium ac Vniuersae Nobilitatis, Palatinatus Kiouien, deducen, mdus vt praefatum Magcum Janusium Tyskiewicz, pro vero et Ltimo Palatino Kiouien habeant, et agnoscant, Jurisdictioni eius pareant, eiq delico, iuribus, praerogatiuis et obuentionibus vniuersis, ad hac Palatinatus Kiouien Dignitatem, ex antiquo spectan, ad extrema vitae ips tempora vndeant, et ab alijs quorum interest responderi curent. Pro grā nrā. Juribus nris zč. Jn cuius rei fid. Datum Tikocini die XIII. Mensis Januarij. Anno quo sup

Sigismundus Rex

Petrus Zeronyski